

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Meditationum evangelicarum volumen tripartitum

Creidius, Hartmann

Francofurti ad Moenum, 1682

Exegesis

[urn:nbn:de:bsz:31-122776](#)



DOMINICA I. ADVENTUS

Evangelium Matth. 21. vers. 1. 10.

Legitur i. Reg. 1. v. 34. seqq. quomodo Salomo Rex unctus & à populo cum acclamacione exceptus fuerit.

Salomo est typus Christi.

1. *Ratione appellationis* : Salomo idem est quod princeps pacis ; Talis est Christus Esa. 9. v. 6.

2. *Ratione unctionis* : Ungitur enim in Regem super Israel ; Ita Christus, Act. 10. 38. Psal. 45. v. 8.

3. *Ratione equitationis*, sedet enim super mulum Regis : Ita Christus super asinum & pullum asinæ.

4. *Ratione acclamationis* : Ita populus Christo acclamat : Hosanna filio David, benedictus qui venit in nomine Domini, Hosanna in altissimis, ex Ps. 118. v. 26.

5. *Ratione obtrecentiæ* : Joab enim & Abijathar invidebant ipsi hunc honorem, & Adoniam Regem volebant ; Ita Pontifices, Pharisæi & Scribæ Christum contemnebant, sed regnum nihilominus ipsi confirmatum est in æternum. Videbimus.

I. *Christi ingressum.*

II. *Populi applausum.*

J. J.

E X E G E S I S.

Ecce venio, inquit Ps. 40. v. 8. Hoc im-

pletum est in hodierno Evangelio, ubi consideranda nobis sele offerunt

I. *Sublimia*, quæ spectant ad statum exaltationis, & gloriam ipsi per unionem personalem communicatam satis superque testantur : Manifestat enim per ablegationem discipulorum suorum

1. *Omniscientiam*. Videbat enim asinam alligatam, videbat locum, videbat herum, & sermones noverat, quos cum discipulis habiturus erat.

Notent Pii in *Consolationem*, Ps. 10. v. 14.

Impii in *Emendationem*, Psal. 94. v. 7. 8. 9. Syr. 23. v. 25. 26. 27. 28.

2. *Omnipotentiam*. Cum enim discipuli hero asini dicerent : Dominus opus habet, mox asinam dimittit & obtemperat. Hanc omnipotentiam suam exerit adhuc. Psal. 135. v. 6. Prov. 21. v. 1. Luc. 1. v. 51. 52.

II. *Humilia*, quæ spectant ad statum exinanitionis, ut sunt

1. *Equitatus*. Non enim Caballo sed asino insidet, quo subiunxit

1. *Regnisi proprietatem*, quod non est de mundo, Joh. 18. v. 36.

2. *Vaticinii prophetici veritatem*, ita enim Zacharias prædixerat, c. 9. v. 9. hoc oportebat impleri, 2. Pet. 1. v. 19.

2. *Comitatus*. Non enim Pontifices & Scribæ, aut quidam ex ordine Senatorio, multò minus Herodes cum aulicis suis, sed

A

plebs

Dominica I. Adventus.

2
plebs vilis & ignobile vulgus ipsum stipant
& comitantur. Ne mirere. Ecclesia vera
semper fuit & adhuc est grec pusillus, quem
mundus aspernatur & perlequitur, *Luc. 12.*
v. 32. Zeph. 3. v. 12. 1. Cor. 1. v. 26.

nistris Ecclesiæ salario ab antiquis consecra-
ta præcidunt. Hinc maledictio *Mal. 3. v. 8-*
*seq. Hagg. 1. v. 5. nolite errare, Deus non iisti-
detur, Gal. 6. v. 7.*

2. Palmides præcidunt, ut *Johannes*

*indicit c. 12. v. 13. Et ceu palmites sunt signum
victoriarum, 1. Maccab. 12. v. 51. 2. Macc. 10. v. 7.*
Ita Christum palmitum oblatione Trium-
phatorem illum agnoscunt, de quo *Es. 15. v. 8-*
& Os. 13. v. 14.

*Sequimini vos mei, & pari modo Chri-
stum excipite, qui in mundum ideo venit, ut
opera Diaboli destrueret, 1. Joh. 3. v. 8. & vin-
ctos educeret per sanguinem testamenti sui
de lacu, in quo non est aqua, *Zach. 9. v. 11.**

3. Hymnum canunt. Osianna filio
David, Osianna in altissimis. Canamus &
nos Regi nostro Canticum novum, qui pro-
pter nos factus est genitus. cum esset dives, ut
ipsius inopia ditesceremus, 2. Cor. 7. vers. 9.
tunc nos etiam aliquando suscipiet in cœle-
stem Hierosolymam, ubi plausus & jubilus
erit sempiternus, *Es. 65. v. 14. Ps. 84. v. 5.* Ed
nos deducat Jesus noster, Amen.

De Secundo.

Sequitur pars altera, nempe populi applau-
sus, qui describitur

I. Ratione ordinis. Quidam enim ex po-
pulo præcedunt, quidam sequuntur. Præce-
dentes sunt Pii Novi Testamenti, ut Luthe-
rus ipse in Postilla Ecclesiastica hoc explicat.
Omnes enim Christum respiciunt & vene-
rantur, qui agnus est occisus ab origine
mundi, *Apoc. 13. v. 8. hinc Petrus Act. 15. v. 11.*
typum vide *Num. 13. v. 24.* & applica.

II. Ratione operis. Nam

1. Vestimenta substernunt. Ita nos
bonis temporibus cultum divinum promo-
vere debemus, *Deur. 18. v. 3, seqq. Prov. 3.
v. 9. 10. Gal. 6. v. 6.* Sed hodie nemo est, qui
Christo vestimenta sua substernit, sed pleri-
que tunicam propriam ipsi rapiunt, & mi-
Vid. 8. Apo. tract. Salm. de Circume. folij p. 310. 311.

Dominica II. Advcntus

Evangelium Luc. 21. v. 25. 36.

Postquam Deus Ter Optimus Max. de-
crevisset populum suum liberare ex ser-
vitute Ägyptiaca, multa per Mosen
signa edidit & prodigia, quibus affligeban-
tur Ägyptii in decem plagiis, quorum nume-
rum & ordinem sequentes continent versi-
culi:

*Sanguis, rana, cynips, insectum, pestis &
ulcus,*

*Grando, locusta, tenebre, mors primogeni-
torum.*

*Exod. 7. v. 20. seqq. Sicut autem plagæ istæ
signum erant liberationis Israelitarum ex
servitute Ägyptiaca: Ita signa, quæ Chri-
stus prædicit in Evangelio, certissimam fi-
liorum Dei liberationem important. Vide-
bimus jam*

I. Judi-